

Band XI., Nr. N5710, Seite 559-560

Johann von Ibach schenkt dem Kloster St. Blasien einen Weinberg bei Hedelfingen.

St. Blasien, 1287. Juli 28.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Johannes de Ibach filius sororis quondam magistri H. dicti Blawat procuratoris monasterii Sancti Blasii in bonis Nallingen notitiam subscriptorum. Donationes facte in pias causas scripturis solite sunt confirmari ad evitandum calumpniam malignorum. Scire itaque ac nosce volo tam presentes quam posteros, quos nosce fuerit oportu- num, quod ego pietatis intuitu et in remedium anime mee progenitorumque meorum vineam que vulgariter nuncupatur Hegebert¹ sitam in banno ville Hadelvingen continentem in mensura quinque iugera et paulo plus, et partim decimalis est dicta vinea ecclesie in Riüte partim etiam ecclesie seu titulo in Hadelvingen, dilectis in Christo abbati et conventui monasterii Sancti Blasii ipsorumque monasterio dyocesis Constantiensis dono confero et assigno cum omni eo iure, quo mihi retroactis temporibus pertinebat, verborum et gestuum sollempnitate adhibita debita et consueta, que in huiusmodi casibus solita est adhiberi, reservato mihi tantum usufructu seu usu dicte vinee pro tempore mee vite. Me vero cedente vel decedente exclusis omnibus liberis cuiuscunque sexus nec non heredibus nichilominus quibuscunque sive ab in- testato vel ex testamento venientibus consolidato usufructu cum proprietate seu iure dicte vinee sepe dicta vinea pleno iure ipsi monasterio Sancti Blasii quoad omne ius comoda et utilitates cedit et per omnia pertinebit. Hoc adiecto quod post meum obitum seu decessum Adelheidi uxori mee legittime dictum monasterium Sancti Blasii dare debebit sine qualibet contradictione decem libras Hallensium, si ipsam supervivere me contingeret. In quorum tes- timonium et ad robur perpetuum presentem litteram duplicatam, una penes me et Adelheidim uxorem meam remanente altera penes dictum monasteri- um Sancti Blasii similiter remanente, petivi sigillorum divina permissione . . . abbatum dicti monasterii Sancti Blasii et Sancti Truperti predicte dyocesis munimine roborari. Nos vero . . . divina permissione abbas monasterii Sancti Blasii sigillum nostrum nosque eadem permissione abbas monasterii Sancti Truperti sigillum nostrum ad rogatum Johannis de Ibach filii sororis magis- tri H. dicti Blawat procuratoris^a monasterii Sancti Blasii quondam in bonis

^aNach diesem Wort ist *seu p̄p̄tiradiert*.

¹*Hegebert*, Flur bei Hedelfingen.

II

Nallingen presentibus appendimus in evidentiam premissorum.

Acta sunt hec in monasterio Sancti Blasii, presentibus Wernhero priore dicti
monasterii Sancti Blasii, magistro R. de Tetichoven canonico sancti Stephani
Constantiensis, Petro de Münchingen milite et aliis quam pluribus fide dignis,
anno domini MCCLXXXVII., V. kalendas Augusti, indictione XV.

—

Nach dem Kopialbuch des Klosters St. Blasien aus dem 14. Jahrhundert auf Per-
gament, S. 116, das sich ehemals im Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten befand.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

Signatur/Titel des Originals:

Kopialbuch des Klosters St. Blasien, S. 116

Überlieferung und Textkritik:

14. Jh. Pergament.

Editionen:

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 821 f., Nr. 624.

Literatur:

Müller: Privaturkunden Kloster St. Blasien, S. 38, Nr. 264.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Abschrift

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

St. Blasien

Ortsindex:

Dettighofen Wohnplatz (15341)
 Dettighofen, WT
 Hedelfingen Wohnplatz (24)
 Hedelfingen, Stuttgart, S
 Ibach Wohnplatz (15469)
 Ibach, WT
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Münchingen Wohnplatz (15782)
 Münchingen, Wutach, WT
 Nellingen Wohnplatz (545)
 Nellingen, Ostfildern, ES
 Ruit : Ostfildern ES
 Ruit Wohnplatz (549)

IV

St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 St. Trudpert Wohnplatz (9477)
 St. Trudpert, Münstertal/Schwarzwald, FR